

**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordininariae in  
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria  
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

Quo Praeter Varias Ac pervtiles Additionibus praecipuis & in foro  
potissimum occurentibus Tomi primi Quaestionibus annexas, etiam S.  
Rotae Romanae Decisiones Novissimae De Eadem materia editae, &  
singulari studio selectae continentur - Hac postrema editione  
praecedentibus duobus Tomis primum additus

**Chokier, Érasme de**

**Coloniae Agr., 1684**

Decisio LXXXI. In delictis Capitularium Ordinarius solus procedit, quando  
totum Capitulum deliquit nemine excepto.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61921](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-61921)

## DECISIO LXXXI.

In delictis Capitularium Ordinarius solus procedit, quando totum Capitulum deliquerit nemine excepto.

ILLVSTRISS. SERAPHINO.

*Inter impressas  
Seraphini decis.  
1050.*

Burgen. Jurisdictionis.

Veneris 12. Novembris 1593.

## SUMMARIUM.

- 1 Concordia, quod in delictis Capitularium Ordinarius procedat cum adjunctis, non habet locum, ubi omnes deliquerunt, § num. 5. & 6.
- 2 Concordia est strictè intelligenda,
- 3 Appellatione personarum non em Collegium vel Universitas.
- 4 Ius Universitatis vel Capituli em in uno remanet.

**F**uit dubitatum si Capitulum delinquit, an sit procedendum per D. Antipiscopum juxta formam concordiae, vel quomodo: & Domini fuerunt intentia, ut si totum Capitulum delinqueret nemine ex Capitularibus excepto jurisdictione devolvatur ad Archiepiscopum, cum nulli supersint Canonici, cumquis Episcopus possit procedere servata formâ concordiae. Gleſ. in cap. irrefragabili confessus in verb. Capitulum. de off. Ordin. quam ibi sequuntur Butr. Cardin. Ineditum.

- 2 Et alii, maximè quia versamur in concordia, qua strictè est intelligenda, ut sit dictum in causa Burgen. deputationis Fiscalis coram R. P. D. meo Blanchetto. Unde dictum

3 appellatione personarum non veniat Collegium vel Universitas, ut traxit P. in sap. eam tenuit. i. 4. de rescripto.

Neque obstar, quod iste casus uti non comprehensus in concordia debet remanere in dispositione juris communis, quo inspecto jurisdictione devolvitur ad Paganum, qui est Iudex exemptorum, prout Capitulum se facit, quia subintrat dispo-

sito Concilii, que dat Episcopo saltem uti Sedi Apostolicaz delegato jurisdictionem etiam in exemptos; sed & ista exemptione non probatur, imò suadetur contrarium, ex quo in pluribus casibus non comprehensis in concordia, fuit decisum pro Archiepiscopo. Si vero non omnes de Capitulo deliquerunt, sed aliqui superfunt, qui non par-  
ticiparunt in delinquendo, tunc cessant rationes glossa in d. cap. irrefragabilis, &c illi de-  
bet juxta tenorem concordiae assumi una cum Episcopo ad cognoscendum de tali  
delicto; nam neque deliquerunt, neque efficiuntur Judices in causa propria, Innoc.  
ind. cap. irrefragabilis n. 1. Cardin. n. 4, per text. in cap. gratum de postulat. Et ibi glossa  
& Abb. n. 5. Scateri & in cap. bona de elect. nam jus Universitatis remanet etiam in  
un. L. sciri municipiis, quod eiusque univers. nom. cap. si forte distinet. 63.

Excepimus fuit casus à priori conclusione, nisi totum Capitulum committeret  
contra Archiepiscopum, tunc enim ex ejusdem textus dispositione cognitio devol-  
vitur ad Superiori, saltem propter scandalum, ut inquit ibi Hostien. ne videatur  
Episcopus esse Judex in propria causa. Et ita concludum.

## DECISIO LXXXII.

Qualiter procedatur contra Clericum concubina-  
rium, & quis de eo criminis cognoscatur.

R. P. D. COCCINO.

Meten. juris corrigendi.

Luna 19. Aprilis 1657.

*Est in recente  
deciso 55.  
par. 5.*

### S U M M A R I U M :

- 1 Concubinatus in Clerico satis probatur, si probetur illum retinere mulierem in domo conductam, vel in domo amici.
- 2 Concubinatus infelice jure Civili ad hoc ut probetur, requiritur, ut mulier domini reineatur.
- 3 In causa Clerici concubinarii procedendum est praevia mentione.

- 4 Delicta carnis in foro exteriori, imposita salutari penitentiâ, prescribuntur quinquennio.
- 5 Episcopus, & non Capitulum debet procedere in causa Clerici concubinarii.
- 6 Causa dicitur criminalis, quando pro tali habita fuit à Signatura.

Zz

7 Sententia